

ad aedes altius tollendas. 2. Per modum facultatis, & est Jus, quo vicinus non Jure libertatis, sed Jure à convicino constituto, aedes suas altius tollere potest. f. 248. n. 165. & seqq.

Servitus altius non tollendi, est Jus, quo vicinus ultra certum altitudinis modum aedes tollere prohibetur. f. 249. n. 169.

Alvei Mutatio.

Tomo 1.

Est Modus acquirendi Jure gentium, propinquus prædij cum proportione dividendo relictum alveum. Inundatio tamen quia formam agri non mutat, non auferit illius dominium. fol. 417. nu. 100. & seqq.

Amentia.

Tomo 6.

Alleganti amentiam ad excusandum delictum incumbit onus probandi. f. 321. n. 528. Nisi constaret, fuisse furiosum vel amentem ante commissum delictum, tunc enim onus probandi amentiam incumberet Accusatori. fol. 322. n. 529.

Qui tantum in certa materia delirant, non excusantur ab omni pœna, mitius tamen puniendi. n. 530.

Amortizatio Lex.

Tomo 5.

Videtur repugnare Immunitati Ecclesiasticæ, quamvis non satis efficaciter probetur ex cap. *Eos qui de Imman. Ecclesi. in 6.* fol. 57. num. 300. & seqq.

Anastasia Constitutio.

Tomo 4.

Ejus explicatio habetur fol. 39. num. 107. & seqq.

Annata.

Tomo 1.

Annata dicuntur primi fructus Beneficiorum vacantium. f. 2. n. 4.

Antichresis.

Tomo 4.

Antichresis pactum est quod pignoris contractui adjicitur, quo inter creditorem & debitorem convenit, ut, donec pecunia solvatur, creditor ex fundo pignorate in vicem usurarum fructus percipiat. f. 297. n. 928. Est Jure Canonico prohibitum. eod.

Apes. Alvearia.

Tomo 1.

Non est necesse, ut Apes in tua arbore mellificantes alveario artefacto includas, ut tue fiant, sed satis est habere animum eas unâ cum arbore possidendi: si tamen ex alieno alveario huc volassent, non licet eas tuo alveario includere, quamdiu animum redeundi non planè deposuerunt: potestque dominus eas tintinnabulis revocare. f. 415. n. 85. & seqq.

Apes feris animalibus rectius quàm mansuetis adnumerantur. f. eod. n. 87.

Apocha, Antapocha.

Tomo 5.

Apocha est Cautio scripta solutionis factæ, & ejus probanda causâ data debitori à creditore. fol. 372. n. 512.

Antapocha, quæ à debitore, solvente censum, pensionem vel redditus annuos, datur creditori, ut inde probare possit, ita solutum fuisse, sicque impediatur præscriptio: vocantur *litteræ reversales. eod.* Plura vide *Chirographum.*

Apostoli.

Tomo 5.

Sunt litteræ Judicis A quo ad Judicem Ad quem, quibus appellati vel desert, vel non desert. fol. 575. Hodie soli Reverentiales sunt in usu, nec facile dantur Refutatorij. n. 455.

Plura vide *Appellatio.*

Appellatio.

Tomo 5.

Quando dubium est, an fuerit appellatum intra fatalia, probabilius est, præsumendum esse, fuisse appellatum intra fatalia. fol. 408. nu. 710. & seqq.

Appellatio est ab Inferiore ad Superiorem Judicem provocatio, ratione gravaminis illati vel inferendi. fol. 544. n. 272. Possit Statutum fieri, ut is, qui in alijs est superior, in causis Appellationis esset inferior, adeoque ab eo appellari possit ad eum, qui in alijs est inferior. f. 545. n. 274. & seqq. ubi exempla.

Appellatio Extrajudicialis dicitur, quæ fit ab Actibus & Decretis Extrajudicialibus. f. 545. nu. 277. ubi exempla. & seqq. ubi quinque differentia assignantur inter Extrajudicialem & Judicalem appellationem.

Appellatio generaliter est facienda gradatim, regulariter loquendo. f. 547. nu. 285. & seqq. ubi referuntur septem exceptiones.

Jure Civili quando appellatum est prætermisso medio, non hoc ipso Appellatio est inutilis & nulla, sed remittitur Appellatio ad immediatum prætermissum. f. 548. n. 294.

In foro Ecclesiastico talis habetur pro nulla, nisi sit facta ad Summum Pontificem, vel Legatum à latere. n. 295.

Appellatio ad Imperatorem, prætermisso medio facta, remittitur ad immediatum. n. 296.

Jure communi non nisi bis appellari in eadem causâ & ab eodem victo potest. fol. 548. nu. 297. Si tamen Judex secundæ Appellationis imponeret novum gravamen, possit ab hoc gravamine tertio appellari. n. 299. Sic etiam victor in prima, victus in secunda, possit tertio appellare. fol. 549. n. 300. Neque duplex Appellatio præjudicat tertio, si eo ignorante litigatum est, quominus ratione proprii interesse possit tertiam appellationem addere. n. 301. & seqq. ubi quid in Camera & Bavaria.

Culpâ

Culpâ suâ sentiens gravamen, appellare non permittitur, ut Contumax: Convictus & confessus: professus se non appellaturum: approbans Sententiam. fol. 549. n. 304. & seqq.

Appellare licet omnibus, qui se in Sententia gravatos cum aliqua verisimilitudine & non frivole existimant, si appellent cum debito respectu. fol. 550. n. 309.

Non solum ipsi Principales, sed & eorum nomine Procuratores, saltem generale mandatum habentes ad litem, provocare possunt. f. 550. nu. 311. Appellationem tamen à definitiva non tenetur Procurator prosequi. n. 312.

Tutores & Curatores durante officio tenentur in causa dubia appellare. n. 313.

Licium est tertio appellationem ob suum interesse prosequi, etiam si ipse non appellaverit. Unde & victor appellatus potest adhaerere appellationi factæ, & plura jura deducere, connexa cum causâ principali, casu quo appellans desereret appellationem. f. 551. n. 341. & seqq.

Tertius, cujus interest, potest appellare, si negligat condemnatus. Debet tamen causam appellationis exprimere. n. 316. & seqq. ubi exempla. Currit tertio tempus à puncto quo scivit Sententiam esse latam. f. 552. n. 323. Neque illi obstat clausula: *appellatione remota. n. 325.*

Excommunicatus non potest appellare Extrajudicialiter. nu. 326. Appellatio à Sententia Excommunicationis non habet vim suspensivam, sed solum devolutivam. n. 327. Conventus in Judicio potest per alium respondens appellando suspendere Sententiam. n. 328.

Appellatio facienda coram Judice à quo, vel si copia illius haberi non potest, ad eundem Judex superior ad quem causâ per appellationem devolvitur. f. 353. n. 330.

Valet Appellatio coram Notario, & quidem ex Ord. Camerae, etiam si copia Judicis haberi possit, valet appellatio coram Notario & testibus. n. 332. Modò fiat scripto. n. 333.

Si Judex à quo appellationem debito modo & tempore interpositam recipere nolit, potest appellari coram Notario & testibus, vel adiri Judex superior. n. 334.

A Principe Superiore non agnoscente appellari non potest. fol. 554. n. 335.

Ab Electoribus Imperij, & Senatu Romano &c. non potest appellari. n. 337. & seqq.

Ab Episcopo, cujus Jurisdicção fuit prorogata, non licet appellare. f. 555. n. 342.

Removente Judice gravamen propter quod appellatum, cessat appellatio. n. 342.

Ab Arbitro voluntario (aliud est in arbitrio Juris) non licet appellare. n. 343. Quod etiam verum est de Jure Canonico. n. 344. Licet tamen appellare à Judice Reductionis. nu. 345. nisi Sententiam arbitri confirmasset. fol. 556. n. 348.

Christ. Hann. Repert.

Ut appellatio unius alijs non appellantis proficit, tria requiruntur. 1. Ut ex eadem causâ sine condemnati. 2. Ut eadem omnium sit condemnatio & defensio. 3. Ut unâ eademque Sententia sint condemnati. fol. 556. n. 349.

Quamvis de Jure communi quævis æstimatio litis sit appellabilis, in Camera tamen non recipitur Appellatio in forte infra 300. Imperiales. fol. 561. nu. 371. & seqq. Quæ tamen summa in quibusdam Actionibus non attenditur: quas vide n. 378. In dubio, deseritur appellanti Juramentum. n. 376. Exceptio summæ incompetentis potest etiam post litis contestationem opponi. n. 377.

In Curia Romana requiritur Summa excedens 10. aureos. f. 562. n. 379.

Appellari potest à Sententia imponente silentium ex lege *dissimari*, non solum quando dissimans in Judicio comparuit, sed etiam quando contumax fuit. fol. 562. n. 381. & seqq.

Appellari potest à Multa non subrogata in locum pœnæ corporalis. vel quando est Judicis arbitrio relicta, secus si legibus taxata. fol. 563. n. 387. & seqq.

A Sententia lata in Possessorio momentaneo non admittitur appellatio. fol. 564. n. 392. Bene tamen in Possessorio Ordinario. n. 394. & seqq. ubi exemplum in hærede misso in possessionem bonorum hereditatis.

A Sententia lata super alimentis præteritis, appellari potest. Super futuris, si lata est pro alimentando, non admittitur appellatio quoad effectum suspensivum. Si contra alimentandum, admittitur. f. 565. n. 399. & seqq.

A Sententia, quæ Judex pronuntiat se esse competentem, potest appellare opponens exceptionem declinatoriam. n. 402. à lata pro incompetencia, potest appellare si cui est objecta exceptio. f. 566. n. 403.

A condemnatione Officialis in Syndicatu non potest appellari. n. 405.

Vi clausulæ: *Appellatione remota*: tenetur Judex non solum frivolum, sed omnem appellationem rejicere (nisi à Jure expressè concedatur) & Apostolos denegare, sicut in casibus, quibus de Jure appellare non licet. f. 567. n. 407.

Appellatio probabilis, sed in Jure non expressè concessa, habet effectum devolutivum, non obstante clausula. f. 568. nu. 413. Quoad effectum suspensivum non tenetur Judex appellationi deferre. n. 416.

In litteris executorialibus, quæ dantur sine causæ cognitione, clausula nil operatur. f. 569. n. 420. Innovationes factæ, remota appellatione, non per viam attentatorum, sed *quæque*, possunt revocari. n. 423.

Appellatione interpositâ Judex dispiciet, an dandi sint Apostoli Reverentiales: & si non, dare debet saltem Refutatorios. fol. 569. n. 424.

B 2

Superior

Superior Judex tunc solum cognoscit de causa refutandi. n. 425. Et appellanti licet per suppli- cem libellum adire Superiorem. n. 426.

Appellatione interposita Jurisdictioni Judicis à quo in causa cessat, & nihil innovari potest, etiam si appellatio non sit recepta. f. 570. n. 427.

Appellatio ratione devolutionis reducit causam litem ad tempus litem contestata. n. 429.

De attentatis tempore pendentis appellationis, vide *Attentatum*.

Appellans frustratorid, & appellatione recepta puniatur arbitrariè. f. 572. n. 437. ea non recepta, si appellans accedat Superiorem, & in lite restau- rata succumbat, patitur etiam jacturam famæ. n. 438.

Appellans temerè ab executione, camque sit- spendens, muldatur (jure communi) pœnâ 50. libb. auti, cum jactura æstimationis. n. 439. Jure Canonico, & usu hodierno etiam in foro civili non puniatur temerè appellans, nisi condemnatio- ne in expensas. n. 440.

Appellanti non licet (benè tamen appellato) petere à Superiore Judice, ut omisâ cognitione de appellatione frivola, procedat in causa princi- pali, nisi juramento asseveret, sibi non esse spem consequendi justitiam apud Inferiorem. n. 441.

Omnis Appellatio interponenda est intra decendium post latam Sententiam. f. 573. Ex ordi- natione Camera non currit illi, qui petit revisione Actorum. eod. Incipit currere à puncto quo victus scivit Sententiam contra se latam. n. 445. vel in suum præjudicium. n. 446. Idem dicend- dum de hæredè defuncti ante lapsum decendij. n. 447.

Si Sententia lata est contra Procuratorem, & is intra decendium nec appellet, nec domino noti- ficet, hujus negligentia nocet domino. n. 448.

Quando gravamen non est momentaneum, sed successivam causam habet, numerari potest à quo- cunque tempore durantis gravaminis, allegando præsens gravamen. n. 449.

Dies lata & cognite Sententiæ, computatur à puncto notitiæ. f. 574. n. 450.

Tempus interponendæ appellationis, non po- test ultra decendium per compromissum aut con- sensum prorogari. benè tamen fatalia data ad pro- sequendam appellationem. n. 451.

De Jure communi debet appellans petere intra 30. dies Apostolos, & quidem sæpius, instan- ter, instantius, instantissimè, quod tamen fieri potest uno contextu: ad quos recipiendos si Judex certum terminum statuat, & in hoc non petan- tur, censetur appellatio deserta. n. 452.

Petitis Apostolis, debet Judex assignare diem intra 30. dies concessos petitioni, quo daturus est: non comparente appellante, habetur appellatio pro deserta. n. 457.

Judex à quo debet appellanti constituere certum tempus, intra quod se cum Apostolis præsentet

Judici ad quem, & appellationem coram eo intro- ducatur, & inhibitionem impetret ad Judicem à quo: attentâ locorum distantia. In Camera consti- tuti sunt sex Menses, intra quos appellatio introducenda, citatio extrahenda, & cum execu- tione reproducenda. f. 576. n. 459. & seq. ubi li- mitatur.

Judex ad quem non à quo, potest ex causa ter- minum prorogare. n. 461. Item partes mutuo con- sensu. n. 462.

Fatalibus clapsis, etiam tacente parte appellatâ, debet Judex ex officio deferentem agnoscere, & de ea pronuntiare. n. 463.

Tempus prosequendæ & finiendæ appella- tionis, à quocunque gravamine, etiam extrajudi- ciali, de Jure communi est annus, & ex legitima causa biennium. f. 577. n. 464.

Hæc fatalia jure communi incipiunt currere à tempore interpositæ appellationis: eo tamen die non computato. n. 465. In Camera hæc fatalia non currunt. n. 466.

Mora Judicis non præjudicat partibus, & ideo fatalia per hanc moram lapsa, non interdicunt. n. 568.

Appellanti incumbit, ut ante finem fatalium Acta primæ instantiæ describi curet, quantum ad suam causam justificandam faciunt, & ea coram Judice ad quem producat ante dimidiâ partem fatalium. n. 469.

Impedimenta quæ appellans fortè allegat, per quæ factum sit, ut fatalia laberentur, ne causa finem acciperet, debent evidētissimis probatio- nibus doceri. Et tunc indulgetur alteri annus. f. 578. n. 470. Et nec Judicis assertioni nudæ crede- retur. n. 471. Praxis habet, ut detur totus secun- dus annus, etiam si impedimentum fuerit solum in parte primi anni. n. 472.

Fatalia inducenda aut prosequendæ appella- tionis, pauperibus non currunt, imò nec interpo- nendæ, si ad has opus esset expensis difficulter comparabilibus, quod rarum est. n. 475. & seq.

Inhibitio & citatio appellati non est faciendâ, donec constet de devolutione causæ, hoc est, quod appellatio sit recipienda. f. 579. n. 477. In Ca- mera sufficit consistere de jurisdictione saltem ex narratione appellantis. n. 479.

Quando principaliter est appellatum in causa nullitatis Sententiæ, non est decernenda Inhibi- tio, si nullitas requirat altiore indagine: nec debet impediri executio Sententiæ. num. 480. Quando ex actis liquidò constat de nullitate, vel in continenti probari potest, est locus inhibitioni. eod.

Inhibitio non est decernenda, quando appel- latum est à gravamine extrajudicialiter illato. f. 580. n. 481.

Inhibitio non habet vim contra tertium. num. eod.

In Appel-

In Appellatione ab Interdicto *Retinenda poss.* inhibito non decernitur præcisè ad instantiam ap- pellantis. n. 482.

Quando dubium est, an Appellatio sit deserta pronuntiandum est, non esse desertam. f. 580. n. 483.

Pronuntiatio spectat ad Judicem à quo, si de- ferta est ante introductionem. n. 485.

Appellato non comparente in termino, nihi- lominus est in causa procedendum. n. 486.

Sententia super deserta appellatione, habet vim definitivæ: sed executio spectat ad Judicem à quo.

Quando Judex ad quem Sententiam interlocu- toriam à qua appellatum est, confirmat, nec Judex à quo detulit appellationi, debet Judex ad quem causam ad Judicem à quo remittere, ut de princi- pali negotio judicet, appellatent in expensas con- demnando, si appellatio fuit frivola. fol. 582. n. 493. Si verò Judex à quo appellationi detulit, non tenetur causam principalem remittere. n. 494. Pos- test tamen si velit, remittere, sed expressè. n. 495. Quod si reformat Sententiam Interlocutoriam, tota causa ad eum devolvitur, nec locum habet rem- issio. n. 497.

De Revisionis remedio vide. *Revisio*.

Aquæ ductus Servitus.

Tomo 1.

Est Jus aquæ ducendæ per fundum alienum. Ex quocunque loco, qui perpetuam aquam habet, constitui potest. Canalium, machinarumque refe- ctio ad dominium prædij dominantis spectat. f. 252. n. 185.

Postquam aqua in prædium dominans deducta est, licet hujus prædij domino aquam ulterius in al- lium locum dirigere. n. 186.

Si prædium dominans per alluvionem auctum fuerit, non propterea servitus crescit. n. 187.

Potest constitui servitus, ut aquam quærere, & inventam ducere liceat. n. 188.

Non est de ratione hujus servitutis, ut aqua per ali- um fundum ducatur. n. 189.

Si fons exaruit, sed iterum rediit, servitus resti- tuitur. eod.

Præter confessoriam actionem, datur Interdi- ctum de aqua quotidiana, etiam si non ducatur quo- tidie, quod ut competeat, satis est, vel uno anni die aut nocte duxisse. Item Interdictum de aqua æstiva, quod competit, si hæc vel prior ætate ducta est, imò & hyme. Item Interdictum de rivis, & fon- te. fol. 252. n. 190. & seq.

Ad hanc servitutum revocari potest Jus aquæ de- rivandæ ex superiore in inferiorem locum. Item Jus aquæ non interdicendæ. fol. 253. n. 192.

Aquæ haustus servitus.

Tomo 1.

Est Jus Aquæ hauriendæ ex flumine, fonte, vel puteo, vel alia aqua vicini, quatenus fundo domi- nanti, vel in eo operantibus opus est. Amisso jure

hauriendi per non usum, etiam iter amitteretur, e- tiam si visisset, si non hauserit.

Potest ex eodem loco pluribus aquæ haustus constitui, & servitus multiplicari. Non ab similibus est Servitus appulsius pecoris ad aquam. fol. 253. n. 193.

Aquila Lex.

Tomo 1.

Lex Aquila quoad secundum caput in defueta- dinem abijt. In primo capite sequentibus Casibus succurritur. Siquis servum alienum, vel quadrupe- dem ex numero pecudum occiderit, condemnatur domino in tantum, quanti plurimi res anno re- trosum inspecto fuerit. fol. 58. n. 156. Idem dicen- dum si jaculando nocitum est in loco, & tempore prohibito. eod. Si damnum negans convinctur, in duplum. annus intelligitur continuus. eod. Si pu- tando arborè, vel reficiendo rectum, occidas, ramo, vel tegulâ cadente servum prope viam publicam, non maturè proclamans, aut signum ponens, eâ- dem penâ teneris. 157. Idem de Medico, curatio- nem Servi relinquente, vel imperitè curante, di- cendum. 158. Idem de Mulione non continente Mu- las. 159. Ex tertio capite hujus legis datur actio pro aliis quibuscunque damnis in re corporali faci- tis per deteriorationem, quâ petitur, ut reus dam- netur, quanti in diebus 30. proximis res damnifi- cata plurimi fuerit, & in omnia damna secuta. 159. & 160.

Actio ex lege Aquila quâ pœnalis datur hæredibus, sed non contra hæredes. fol. 99. nu. 162. Nisi lite contestata. de Jure Bavarico datur contra hæredes. 163.

Lex hæc quoad æstimationem rei pro tempore elapso non viget. 164.

Ex hæc lege agi potest triplici actione. Prima est Directa; taliter dicta imprimis respectu lædentis, qui corpore suo in corpus dânnum dedit; deinde respectu læsi, quia soli domino corporis deteriorati datur. Secunda Utilis respectu illius, qui non corpo- re suo in corpus dânnum dedit, sed alio modo, & respectu illius, qui quidè non est dominus, sed al- liud jus habet in corpore læso. Tertia Prætorica utilis in factum, v. g. solvendo servum compeditum ut fugiat. f. 100. n. 165.

Homio liber in suis membris deterioratus, potest agere ad æstimationem operatum, & etiam in fa- ctum ex quasi delicto. f. 100. n. 166.

Non possit ex hæc lege conveniri, qui orto in- cendio ades vicini ob imminens suis demolitur. f. 100. n. 167. Nec paterfamilias, si non constet, cu- jus culpa incendium ortum est. 168.

Ebrietas non exculat ab hæc actione. si non con- stet quòd privaverit usu rationis. f. 100. n. 169.

Damno à pluribus dato, potest agi contra omnes & singulos. fol. 101. n. 170.

Cadens & subducens ligna in aliena Sylva, in duplum tenetur. f. 101. n. 171. De jure communi hæc

hac actione tenetur cadens in sylva non cadua. eod.

Lex Aquilia fundatur in presumptione culpae Theologicae, quae deficientia nulla est obligatio in conscientia, & per sententiam condemnatus potest solummodo occulte compensare. f. 102. n. 179. interveniente culpa Theologica, tenetur ad compensandum damnnum (non item excessum poenalem) ante sententiam, & obligatio haec transit ad haeredes, non item quoad excessum, nisi lite contestata. 181.

Arbiter. Arbitrium.

Tomo 1.

Sententia Arbitri non facit infamem in causa in qua Judicis sententia faceret. fol. 167. n. 510.

Tomo 5.

Arbiter Juris, hoc est qui à lege constituitur iubeatur, Judici aequiparatur, & ab eo appellari potest. f. 34. n. 149.

Arbiter qui per Compromissum à partibus sponte, & nulla lege cogente eligitur, vocatur *Judex Compromissarius*, ejusque sententia *Laudum*, quia nunquam inducit infamiam. fol. eod. n. 150. Distinguitur ab arbitratore, cujus arbitrium partes non obligat, quando est manifeste iniqua, sicut obligat arbitri compromissarii. n. 151. Quod si iste dolo corruptus fuisset, datur actio de dolo, vel ex stipulatu, si stipulatio intercessit de dolo non committendo. n. 152. Differt etiam à Mediatore, & Amicabili compositore, quod horum iudicium non obliget, & possint pro libitu recedere. n. 153.

Arbiter juris habet Jurisdictionem quasi Ordinarium, & potest à Judice Ordinario, in causa suspicionis v.g. ad iudicandum cogi. fol. 35. n. 154. ubi vide casus. in quibus arbitro Juris locus est.

Compromissum est contractus innominatus, & in eo observanda, quae in Contractibus innominatis. fol. 36. n. 156. Absolvitur per acceptionem arbitri, quia iste obligatur vel nudo pacto, vel stimulatione ad implendum officium arbitri. n. 157. Eo recitante, expirat compromissum. eod.

Electio arbitri potest in arbitrium tertij remitti, non potest tamen compromitti in incertam personam ab Arbitris in discordia eligendam. fol. eod. 158. de quo iterum. n. 163.

Si in duos dissentientes compromissum est, coguntur à Judice assumere tertium, quem *Judex nominaverit*, cujus iudicio standum est, tanquam dimittentis. fol. 36. n. 159. & fol. 46. n. 207. Si in tres compromissum, omnibus praesentibus valet sententia duorum consentientium. n. 160. & fol. 45. n. 204.

Arbiter tenetur servare formam communem Judiciorum, nisi compromittentes per adjectam clausulam remiserint. fol. eod. n. 162.

Compromissum in duos cum clausula, ut si dissentiant, possint, quem voluerint eligere, qui cum alterutro consentiens faciat arbitrium, non valet, si dissentiant, bene tamen, si consentiant, quia tunc

A.

clausula habetur pro non adjecta. fol. 37. n. 163. & seq.

Remissis à partibus Judiciorum solemnitatibus, requiritur adhuc, ut arbiter audiat partes, audita examinet, quantum satis est, & vocatis partibus proferat sententiam. fol. eod. n. 165. Non potest obligari ad sequendam sententiam peritorum consultorum. n. 166.

Si Compromissum in mero nudo pacto constitit, neque vi illius aliquid actum est, nec adjecta poena, nulla adhuc nascitur Actio civilis. fol. 38. n. 167.

Si partes in sententiam ab arbitro latam tacite, vel expressè confenserunt, seu homologarunt, datur Reo possessori exceptio, si pro ipso est lata, secus, actori actio in factum, ut ordinarius exequatur. fol. eod. n. 38. Expressè homologatur sententia subscriptione: tacite, silentio decem dierum. n. 169. si neutro modo homologetur, videtur, jure novo, nulla nasci obligatio. eod.

Quamvis arbiter, qui se nudo pacto obligavit, cogi non possit à Judice ordinario ad ferendam sententiam, potest tamen cogi, si partes poenam apposuerunt, non parenti solvendam. fol. 38. n. 170.

Quando pacto compromissorio accessit stipulatio, nulla poena adjecta, adhuc tenetur arbiter progredi, ne actio ex stipulatu sit inanis. fol. 39. n. 171.

Quando arbitri sententia est manifestè iniqua, tunc est de jure civili nec appellatio locus sit, nec reductioni ad arbitrium boni viri, nihilominus parti laesae per sententiam conceditur exceptio doli mali, quae supplet defectum appellationis. fol. eod. n. 172.

Quando, adjecta poena, sententia est expressè homologata, refractarius non solum ad poenam, condemnari potest, sed etiam ad standum sententiae. fol. 39. n. 174. Si tantum tacite, & nudo pacto poena adjecta est ab ipso arbitro, jure scripto etiam post silentium decem dierum integrum est condemnato liberare se ab executione sententiae solvendo poenam. n. 175. Si verò ipsi contrahentes poenam adjecerunt, & non expresserunt, quòd poena soluta liceat à iudicatis recedere, sed neque adjecta est clausula: *manente nihilominus sententia*: adhuc post tacitam approbationem tenetur jure civili condemnatus stare sententiae, & si postea conventus recuset stare, insuper in poenam condemnandus est. n. 176.

Legge Imperiali prohibetur Compromissum juramento firmari, & arbiter debet persuadere partibus, ut potius poenam adiciant. fol. 40. n. 178. Jure Canonico tamen juramento firmaretur, si dulus in arbitro non intervenit. Neque hoc jure est prohibuitur Ecclesiasticis, adijcere tale juramentum. fol. 41. n. 180. Quod si Seculares adijcerent juramentum, non nisi venialiter peccarent. n. 181.

Imò

Imò etiam Jure Canonico pars laesa non tenetur juramento, nec opus est relaxatione, si sententia esset injusta. n. 182. Et hoc jure standum est juramento, etiam si poena adjecta esset. nu. 183.

A Sententia Arbitri Compromissarii non admittitur Appellatio proprie dicta. f. 41. n. 184. Sicubi tamen consuetudo admittit appellationem, appellandum est ad Judicem Ordinarium gravati, quae potius est Reclamatio, quam Appellatio, & proponitur per modum Exceptionis. f. 42. n. 185. & seq. Idem dicendum de Judice reducente Sententiam arbitratoris ad aequitatem. eod.

A Sententia Arbitri Juris appellari potest non minus quam ab aliorum Sententia. fol. eod. nu. 187.

Minor viginti annis arbiter esse non potest: minor intra 25, habet Beneficium Restitutionis in integrum. f. 42. n. 188. Muti, Surdi, Furiosi, Servi, non item infames, arbitri esse prohibentur. f. 43. n. 189.

Si in duos compromissum est, & non in solidum, quorum unus prohibetur, nec alterius Sententia tenet. f. eod. n. 191. Mulier carens omni Jurisdictione, potest quidem esse Arbitratix, sed non Arbitri. n. 192. Religiosi non nisi quando Monasterij utilitas exposcit. n. 193.

Judex Ordinarius litigantium, nec cogere potest ad compromittendum in se ut arbitrum, nec sponte à partibus eligi, Jure Civili. bene tamen Jure Canonico. n. 194.

In Judices Delegatos compromitti etiam Jure Civili potest, ut causam tanquam arbitri definiant, quando delegata est in favorem litigantium. nu. 195.

Circa Jura Spiritualia potest quidem in Laicum cum Clerico compromitti de consensu Ordinarij, sed in solum Laicum non nisi de consensu Summi Pontificis. f. 44. n. 196. In causa temporali etiam absque consensu Ordinarij. 197.

Compromittere potest, qui transigere. Quod si ex compromittentibus plures unus est inhabilis, valet quoad ceteros, si rei natura patitur. Habilitate superveniente non convalidatur. fol. 44. n. 198.

In causis criminalibus criminaliter agendis, non est locus compromisso. f. eod. nu. 199. Neque in causa liberali. n. 200. Neque in causa matrimoniali, si agitur de illius validitate. n. 201.

Alio arbitro à partibus electo, vel causà ab iisdem ad ordinarium Judicem delatà, liberatur ab obligatione prior arbitri, utpote spretus. f. 45. nu. 202.

Patiter liberatur ob illatam postea gravem infamiam, causà per Judicem cognitã. n. 203, ubi plures causas referuntur.

Facto in plures compromisso, & omnibus praesentibus, plurius Sententia concors valet, nisi aliud expressum esset. f. eod. n. 204. Jure Canonico in foro Ecclesiastico, & terris Romanae Ec-

A.

clesiae subiectis, plurius Sententia concors valet, si major pars adsit, ceteri verò absque justa causa absint. n. 205.

Si ex tribus arbitris duo condemnent in summam majorem, & unus in minorem, praevalet Sententia duorum: si verò omnes discordent, praevalet Sententia condemnantis in summam minorem, in qua omnes conveniunt. fol. 46. nu. 206.

Si compromissum est in plures, cum clausula: *ut omnes, aut multi, aut unus eorum expediat*: quisvis potest causam expedire: sed uno inchoante non possunt se ceteri amplius intromittere, nisi ex justa causa prohiberetur profectui, vel ex malitia nollet. f. eod. n. 208.

Mortuo uno ex pluribus, vel aliter impedito, expirat compromissum, nisi expressum esset, ut ad haeredes transiret, aut in singulis in solidum compromissum esset. f. 46. n. 209.

Lapsu temporis ad ferendam Sententiam à partibus praefixi, nec factã potestatem prorogandi, expirat compromissum. f. eod. n. 211. ubi plures casus faciendae prorogationis.

Arbitrium eo loco exercendum est, quem litigatores constituerunt, alioquin impunè non parebitur. Si nullum constituerunt, ibi peragendum, ubi arbiter compromissum acceptavit. f. 47. n. 212. ubi vide extensionem.

Sententia absente litigatore lata, non valet, poena tamen ab absente committitur. fol. eod. n. 213. Per litem contestationem aequè interrumpitur praescriptio in arbitrio, ac in Judicio Ordinario. f. eod. n. 214. Et quod quis in hoc Judicio confessus est, habetur pro judicialiter confesso. nu. 215.

In hoc Judicio non habet locum Reconventio, nisi esset Arbiter Juris. f. 47. n. 216.

Si de pluribus causis arbitrandum est simul, tunc, etiam si de una tulit Sententiam, potest adhuc eam mutare, secus, si separatim, quia sunt quasi plura compromissa. f. 47. n. 217.

Nullo termino praefixo, implenda est à litigatores Sententia intra quadrimestre. potest tamen ante litem apud Ordinarium contestatam mora purgari. f. 48. n. 218. Secus, si ab Arbitro fuit praefixum tempus, etiam quadrimestre nominasset. n. 219.

Executio Sententiae, & Judicium de dubijs super arbitrio natis, ad Ordinarium spectat. f. eod. n. 221.

De Arbitris eligendis in casu Recusati Judicis vide *Index*.

Laudum non est proprie Sententia. f. 494. n. 4.

Arbitraria Actio.

Tomo 3.

Actiones illae, quas licet Judici quodammodo inhibere, vocantur *arbitrariae*: & aliae sunt in Rem; ut Publiciana, Serviana de rebus coloni, quasi Serviana, seu Hypothecaria: aliae in Personam: veluti, quibus

quibus de eo agitur, quod vi aut metus causa, aut dolo malo factum est: item cum id, quod certo loco promissum est, petitur: actio ad exhibendum. fol. 10. n. 61. 62. ubi per exempla declarantur.

Archivum.

Tomo 5.

Scripturis in archivo improprie dicto, hoc est Chartophylacio (qualia habentur in Religiosis domibus) asservatis, non creditur necessario, nisi aliunde authenticam fidem faciant. fol. 368. n. 491.

Archivum publicum est locus auctoritate Superioris vel Magistratus, habentis potestatem condendi leges, publice erectus, ad hunc finem, ut in eo tabulae & Instrumenta publica & monumenta rerum gestarum asserventur: solentque in Jure vocari Gramatophylacium. cui praeficitur Archiata seu Officialis publicus. n. 492.

Scriptura in hujusmodi archivo reperta, facit in Judio plenam fidem. n. 493.

Archivarij seu Commentariensis inscriptio tunc solum requiritur, quando scriptura ex Archivo in alium locum deferenda est. fol. 369. n. 494.

Scriptura in Archivo asservata, probat etiam in aliis territoriis, & apud non subditos. n. 496.

Arrestum.

Tomo 2.

Non est Species Depositum sicut Sequelstrum, nec fit Custodiae causa, nec tantum exercetur in Rem, sed etiam in Personam, & in rem non litigolam. fol. 260. n. 810.

Tomo 5.

Arrestum est Interdictum, ne res aut persona loco aut statu suo moveatur, nisi rebus compositis cum eo, qui apud Judicem conquestus est. fol. 149. n. 341.

Arrestum statuta, utpote Juri communi adversantia, sunt strictè interpretanda. n. 342.

Creditori, cujus debitor de fuga suspectus est, vel difficulter conveniri potest, competit facultas obtinendi arrestationem bonorum debitoris. fol. eod. n. 343.

Idem potest Procurator habens speciale mandatum. n. 344. Item cui actiones cessae sunt. n. 345. Item consors litis, etiam absque mandato. n. 346. Item Socius ratione Societatis. eod. Item conjuncta persona, facta prius cautione, principalem ratum habiturum. n. 347. denique haeres creditoris. eod.

Arrestari potest advena contrahens, & statim recedens, si creditor non est fidem illius secutus. fol. 249. n. 328.

Potest arrestum peti etiam dum lis pendet. f. 150. n. 349.

Potest etiam debitori debitoris Arrestum imponi. n. 350.

Potest aliquis arrestari ad dicendum testimonium. n. 351.

Potest Civis arrestari pro debito Civitatis obligate quoad bona Civium. n. 352.

Possum Arrestari animalia in alieno prato reperia. n. 353.

A.

Potest aliquando arrestari res in favorem ipsius domini. n. 354.

Studiolis tunc solum potest arrestum imponi, quando suspecti sunt de fuga, & probabile periculum imminet creditoribus, ne fiat illis nimis difficilis solutio. f. 150. n. 355. & n. 356. refertur privilegium Universitatis Lovaniensis. n. 356.

Arrestari non possunt, qui ad Exercitum commeatum aut pecuniam afferunt. f. 151. n. 357.

Nec Legati Principum, si per Arrestum Legatio moram pateret. Idem de Consiliarijs dicendum, & probabiliter de Salarijs Professorum. n. 358.

Boves aratorij, & instrumenta rusticorum, Jure scripto, arrestari non debent. Sed consuetudo aliud habet. n. 359.

Civis de fuga non suspectus arrestari non potest sicut extraneus alteri Jurisdictioni subiectus. fol. 151. n. 360.

Arrestum conceditur creditoris periculo. n. 361.

Res arrestanda debet à debitore detineri ut propria, & in dubio ita praesumitur. f. 152. n. 362.

Qui arrestationem indebitè petit, in expensas condemnandus est, etiam si postea ex alio debito arrestum continuaretur. f. 152. n. 363.

Iniquè Arrestato competit Actio injuriarum, si alter non habuit causam probabilem. n. 366.

Arrestum violans puniri potest, sicut qui carcerem effringit: & eodem modo qui illum eximet ex arresto. f. 152. n. 367. & 369.

Si debitor sufficientem cautionem (qualis tamen communiter non esset juratoria) praestet, relaxandum est à Judice arrestum. f. 153. nu. 371. & seqq.

Si creditor ex eadem causa plus debito petit, relaxandum arrestum. & creditor condemnandus in expensas. n. 375. Si ex diversis causis, non relaxatur arrestum, sed tamen in excessum expensarum condemnatur. eod.

Arrha.

Tomo 7.

Arrha est illud, quod sponso sibi mutuo tradunt in signum & pignus matrimonij futuri. Describitur Quae in continentem traditur à promittentibus, hac lege adjecta, ut si dans arrham sine justa causa resiliat, eam amittat, & alter eam lucraretur: si verò resiliat accipiens, eam restituat, & eidem aequivalens. fol. 370. n. 385.

Arrha potest constitui in quavis quantitate, etiam majore, quam sit dos. f. eod. n. 386. Potest constitui tam in certa specie, quam in pecunia. n. 387.

Possum arrhae utrinque constitui, & tunc resiliendo amittitur tradita, & restituitur accepta. n. 388.

Secuto matrimonio restituitur, utpote pignus. n. 389.

Non amittitur, si matrimonium sine culpa non sequitur. fol. 370. n. 360.

Potest

A.

Potest arrhae apponi pactum tripli vel quadrupli, solvendi ab accipiente resiliente. f. 371. n. 361. Minor tamen gauderet beneficio restitutionis in integrum. eod.

Qui se sub disjunctione obligaret vel ad Matrimonium, vel ad certam poenam, haberet electionem, nec tali pacto contraxisset Sponsalia. f. eod. n. 362.

Adjecta Sponsalibus poenâ resiliens non tenetur, si subitè justa resiliendi causa. f. eod. n. 363.

Probabilis est, pactum poenae adjectae obligare, si sine causa resiliatur. fol. eod. nu. 364. & seqq.

Arrha quomodo possit apponi Emptioni, vide Emptio Venditio.

Articuli Inquisitionales.

Tomo 6.

Reorum interrogationes debent esse articulatae, hoc est, singulae factae, ejusque qualitates, & circumstantias continere. f. 243. n. 176.

Non sunt tamen articuli inferenda delicta, de quibus Judex antecederet ad Inquisitionem specialem non est informatus, nec habentur verisimilia indicia. n. 177. ubi exemplum.

In eodem articulo non sunt ponenda plura interrogatoria. nu. 179. Possum tamen interrogationes diversis verbis saepius fieri. eod.

Ad articulos propositos Reus non tenetur respondere, nisi coram Judice propositos: aliter facti non habent vim Confessionis. fol. 244. n. 180.

Ab exigendo Juramento Respondendorum reus abstinetur, nisi consuetudo aliud habeat. n. 181.

Redditis responsionibus, potest Judex Inquisitionis ad articulos de novo formatos exigere responsionem. n. 182.

In Criminibus gravioribus, si Reus antecederet crimen neget, nihilominus articuli proponuntur, imò etiam quando crimen fatetur. n. 183.

Articulorum propositionem debet comitari admonitio Rei, ut respondendo deducat, quae ad ipsius defensionem faciunt. f. 245. n. 188.

Interrogationes iteranda sunt, quando non responderit clarè & categoricè. n. 189.

In delictis levioribus, quorum poena non est corporalis, imponitur Reo necessitas respondendi sub poena confessi, & poenae arbitariae ob contumaciam. n. 190. Quid in gravioribus observandum, vide: Inquisitio.

Responsio debet esse vocalis, nisi mutus esset Reus. n. 191.

Judex potest Reum interrogare super articulis ex praecedentibus indicijs & generali inquisitione formati, absque eo quòd reo manifestentur Indicia. Si tamen Reus petat sibi ea manifestari antequam respondeat, Judex tenetur. f. 246. nu. 195.

Reo scienti Judicem interrogare cum falsa praesumptione, praesenti vel futura, licitum est negare. fol. 247. n. 197.

Christ. Hauss. Repert.

C

Non

Non valeret tamen, si asecuranti constaret de nullitate periculi, vel asecurato de rei interitu. f. eod. n. 1097.

Si sit designata certa pars asecuranda, tunc, si illa pars pereat, tenetur asecurans ad eam praestandam, etiam si altera Salva permaneat. Si nulla pars designatur, sed indeterminatè aliqua quantitas asecuretur, pereunte toto tenetur ad partem asecuratam. Secus, si tanta quantitas Salva esset, quanta asecurata fuerat, tunc enim ad nihil teneretur. f. 343. n. 1099.

Potest asecurari vita alicujus ad tempus. eod. n. ubi vide exemplum.

Assessor.

Tomo 5.

Assesores sunt Consilij Judicis in causam cognitione. f. 106. n. 108. & seqq. ubi eorum officium exponitur. Assessori non licet in eadem causa Advocatum esse. Nec apud duos Magistratus esse Assesorem. f. 107. n. 109.

Assesores sunt liberi à Tutelis & quovis onere Indictionis. Restituuntur in integrum lesi officij causa. Lucrum ex officio ad Castrensia pertinent. Ex publico arario accipiunt Salarium. fol. eod. n. 111.

Asylum.

Tomo 6.

Immunitas confugientium Reorum ad Ecclesiam, est Jure Ecclesiastico introducta. f. 33. n. 140. Cui etiam Jus Civile suffragatur. n. 143. Est amplè interpretatio. f. 34. n. 144.

Sufficit Ecclesiam esse Auctoritate Episcopi erectam, etsi necdum consecratam. n. 145. Nec requiritur, ut actu ibi fuerit celebrata Missa. n. 164. Nec, ut adificium sit absolutum. n. 147.

Convenit hoc privilegium Ecclesie etiam Poblizæ, & tempore Interdicti. n. 148.

Sub nomine & spatio Ecclesie, non solum hic venit interior Ecclesie corpus seu ambitus, verum etiam tota Ecclesie fabrica, etiam Sacristia extrinseca conjuncta, & alia conjuncta, ut Cæmeterium. n. 149.

Gauderet hoc Asylo, qui membrum jone Ecclesie apprehenderet, cum ingredi non posset. fol. 34. nu. 150. Item, qui supra tegulas Ecclesie constitutus esset. n. 151.

Si Ecclesia consistat extra muros civitatis, potest receptus reus pro natura necessitate procedere ad 40. passus, (si sit Cathedralis) ad 30. (si minor) ut passus habeat 5. pedes, pes 15. digitos. n. 152.

Gaudet hoc privilegio Cæmeteria etiam non contigua Ecclesie, dummodo sint consecrata. n. 153. Item Domus seu Conventus Religiosorum secundum omne illud, quod intra illorum septa est, ut est claustrum, dormitorium, hortus &c. n. 154.

Eodem gaudet Palatium Episcopi, si non sit extra Diocesim, & Episcopus non sit merè Titularis. Item palatia Cardinalium. f. 36. n. 155.

Gaudet hoc Privilegio etiam ille qui Interdictum subiacet. f. 36. n. 156. Item Excommunicatus. nu. 159. Item Hæreticus etiam non toleratus, si non ob crimen hæresis fugiat ad Ecclesiam. n. 161.

Infidelis tunc gaudet, si pro se habet præsumptionem, quod eritio velit fieri Fidelis. n. 163.

Item gaudet, qui clapsus ex carcere fugit ad Ecclesiam. n. 164. Nisi Juramento prælitio, de redeundo ad carcerem, impetrasset dimissionem, tunc enim ob perjurium posset extrahi, nisi impetraret dispensationem. f. 38. nu. 165.

Servus fugiens ad Ecclesiam cum præjudicio domini, catenus gaudet, quatenus solum ad præstanda obsequia, præstita à Domino cautela, extrahi potest. n. 166.

Clericus probabiliter non gaudet Asylo respectu sui Judicij Ecclesiastici. f. 38. n. 168. Nequidem, si delictum tam atrox esset, ut mereretur Degradationem fol. 39. n. 170. Imò probabiliter tantum in tali casu extrahi possunt. fol. 40. nu. 175. Gaudet tamen Clericus in Minoribus existens, & nec habens Beneficium, nec in habitu & tonsura serviens Ecclesie. n. 176.

Religiosus contra suum Superiorem non gaudet Asylo. n. 77. Neque Apostata fugiens ad alienam Ecclesiam, od quodcumque delictum. n. 178.

Gaudet hoc Privilegio Debitor, fugiens ad Ecclesiam ne pro Debito incarcerationem. f. 40. n. 179. Imò antecederet ad Sententiam condemnatoriam non potest invitus extrahi ad præstandos labores, quibus debitum expungat. f. 41. nu. 182. Neque etiam ob periculum fuge potest extrahi ab Ecclesia. n. 183. Idem dicendum de debitore tributorum. n. 184. Item de obligato ad Rationem. n. 185. Denique etiam gaudet Decretos, fugientes ad Ecclesiam ne ex legibus in tales latis puniantur. n. 186.

Non gaudet hoc Privilegio Latio Publicus, & Notorius, qui factus palam depravaverit, vel per insidias in via publica, vel mari, vel in domibus privatorum. fol. 41. n. 190. & seq.

Non gaudet etiam Nocturnus depopulator agrorum per Actus frequentatos: Imò nec Diurnus. f. 44. n. 193. & seq.

Neque gaudet Graffator viarum, hoc est, qui in urbe per insidias aggreditur ut spoliaret, vel vulneret, in vijs frequentatis. fol. 44. nu. 195. & seq.

Neque gaudet, qui aliquem in Ecclesia occidit, vel mutilat, amputando aliquod integrum membrum. fol. 44. n. 197. ubi vide declarationem. Hoc tamen malè extenditur ad alia delicta aquè gravia in Ecclesia commissa. f. 45. n. 199.

Neque redderetur talis immunitas, etiam si fugerit ad aliam Ecclesiam. n. 202.

Neque etiam excusaretur per hoc, quod nihil cogitaverit Reus de immunitate. fol. 46. nu. 202.

Ob vulnera-

Ob vulnerationem præcisè, si nec mutilatio fiat, nec mors sequatur, Reus non privatur hoc Privilegio, quatenusque sit sanguinis effusio. f. 46. n. 204.

Neque privatur Asylo, fugiens ad Ecclesiam cum armis prohibitis, etiam sub reatu læsæ Majest. n. 206.

Quamvis privetur immunitate, qui existens extra Ecclesiam faculatur & occidit existentem intra Ecclesiam, probabiliter tamen non privatur existens intra Ecclesiam, & occidens existentem extra Ecclesiam. n. 207.

Neque privatur Asylo, qui mandat aliquem occidi, cum effectu in Ecclesia. f. 47. n. 210.

Neque amittit, qui vi aut dolo aliquem extrahit ex Ecclesia, & extra occidit, & deinde fugit ad Ecclesiam. n. 212.

Qui admittit delictum non exceptum, deinde occidit in Ecclesia, & fugit ad Ecclesiam, non amittit Privilegium respectu delicti non excepti. n. 213.

Immunitate Asyli privatur Homicida proditorius. f. 48. n. 214. ubi exemplum, & quid requiratur. n. seqq. Neque excusatur, si occidit infidelium. n. 217.

Ut privetur, non sufficit vulnerasse animo occidendi, sed debet mors esse secuta. fol. 49. nu. 220.

Privilegio Asyli privatur Assassinus, occidens fidelem per insidias, pecunia ad hoc conductus. f. 49. n. 221. & seqq. Item Mandans. fol. 50. nu. 228. Item recipiens, defendens, occultans, si sic est causa Assassini. nu. 229. Plura vide. *Assassinum.*

Neque Hæreticus ob hæresis delictum confugiens ad Ecclesiam, imò & qui urgentibus indicij de hæresi suspectus est, gaudet Asylo. fol. 50. n. 230.

Neque Reus læsæ Majestatis in ipsa Principis Persona. nu. 231. ubi vide declarationem specificam hujus delicti. Debet autem Reus esse subditus Principis læsi vel ratione originis, vel ratione domicilij. n. 232. Læsi Consilij Principis probabiliter non privaret Asylo. fol. 51. n. 233.

Inter delicta privantia Asyli Privilegio, non rectè ponuntur à quibusdam Raptus Virginnum, Sodomia, furtum in Ecclesia factum, nec aliud quodcumque, præter ea quæ enumeravimus. fol. 51. n. 236. & seqq.

Egressus Reus ex Ecclesia exonerandi corporis causa, capi non potest. fol. 52. n. 238. Neque extrahitur ab alio per vim. n. 239.

Capi tamen potest, qui blanditijs fraudulentijs fuisse adductus ut egrederetur, modo Judex non fuerit Auctor fraudis. f. 53. n. 240.

Prelato Ecclesie non licet Reum invitum consignare Magistratui, ne quidem cum illa asecuratione, qua licebat Jure antiquo. n. 243.

Non est licitum, alligare Reum vinculis in Ecclesia ne fugiat, in eum finem, donec exanimetur, an gaudeat Asylo. n. 244.

Dum Reus existit in Asylo, si habet bona propria, ex illis alendus est, nec hoc impedire licet Judici. Secus, Ecclesia alere debet, cum onere refusionis faciendæ. f. 54. n. 247.

Non potest, Jure communi, in Reum, dum existit in Ecclesia, fieri Sententia capitalis, vel damnari ad penam corporalem, sed solum ad pecuniariam, & tunc potest securè egredi. Aliud tamen habet consuetudo. n. 248. & seq.

Judici volenti injustè extrahere, restitui potest per censuras, & claudendo portas &c. & Reus potest resistere omnibus modis non excedentibus moderamen inculpatae tutelæ. f. 55. n. 250. Injustè extractus, ne quidem ob alia delicta retineri potest. nu. 251. Et Restituendus est eidem Ecclesie, nisi Reus in aliam consentiat. n. 252.

Ereptus Judicij secularis, quamvis injustè, si tamen fugiat ad Ecclesiam, non debet restitui Judicij. n. 253.

Judicis injustè extrahentis Acta post extractionem sunt ipso Jure nulla, nec opus est appellatione. n. 254.

Injustè extrahentes excommunicantur. f. 56. n. 256. & quidem ipso facto. eod. insigunt etiam pena Nongentorum Solidorum. n. 257. Jure Civili insiguntur pena capitalis. nu. 258. & quidem tam mandanti, quam exequenti, vel attentanti, etiam non secuto effectu. n. 259. Idem esset, si mandaretur in Ecclesia occidi. n. 260. Item, si extractio fieret in caibus quidem exceptis, sed non observatis observandis. f. 57. n. 261. Ab Excommunicatione probabiliter potest absolvere Ordinarius, vel ab eo deputatus. n. 262. Sed probabiliter oppositum. n. 264.

Prelatus Ecclesie non potest Reum tradere Judicij seculari, priusquam Episcopus cognoverit, delictum esse exceptum, qui de hoc cognosceret, dum Reus detinetur in carcere Ecclesiastico. fol. 58. n. 266. nisi consuetudo habeat, ut sine consensu Episcopi extrahatur in casu delicti clarè excepti commisi. n. 267. Reculante irrorationibiter Episcopo potest extrahi Reus, cavendo tamen scandalum quantum fieri potest. eod.

Ad judicandum, quod delictum sit exceptum, requiruntur probationes concludentes, summarie tamen expediendæ. fol. 58. n. 268.

A Sententia, quod crimen sit, vel non sit exceptum, nec Reo nec fisco licet appellare, nisi magnè probabilitate constaret, malè esse judicatum. fol. 59. n. 270.

In cognitione hujus causæ an crimen sit exceptum, citandus est Fiscalis Ecclesie & Reus. n. 271. Testes etiam in processu informativo audiendi, postea reproduendi. n. 272. In dubio, an Reus sit captus in loco sacro, cognitio spectat ad Judicem Ecclesiasticum. n. 273.

C 1

Fugientem

Fugientem ad Ecclesiam non licet excludere, sed recipiendus est. n. 274.

Attentatum.

Tomo 5.

Attentatum est mutatio status ejus rei seu causa, de qua sub iudice lis pendet, facta prae-textu juris alterius litigantis, in praejudicium alterius, & contemptum iudicis superioris. fol. 170. n. 430.

Si iudex a quo, vel victor, aliquid attentat, est statim a iudice ad quem revocandum attentatum, si fuit appellatum a definitiva. n. 431. Et refundenda expensae parti laesae, factae ad obtinendam revocationem, priusquam in causa procedatur. fol. 171. n. 432. Si attentatum non potest in continenti probari, tractabitur una cum causa principali. n. 433. Facto attentato ab appellante sententia transit in rem iudicatam, perinde ac si nunquam appellatum esset. n. 434.

B.

Bancarii.

Vide *Nomenclarij.*

Bannum. Banniti.

Tomo 2.

Banniti a Principe inferiore, inter Relegatos potius quam Deportatos numerandi. Possunt enim testari saltem secundum formam Juris communis. fol. 48. n. 220.

Tomo 6.

Faminae in Bannum Imperiale incidunt, si vim publicam inferri mandent: bannitis tecto recipiant: mandatis executorialibus Casatis obstinate non parent, salvo earum pudore: & instar personarum Ecclesiasticarum omnibus beneficijs, bonis, privilegijs privantur. fol. 171. n. 488.

Bannum Imperiale a solo Imperatore, vel eo absente, a Rege Romanorum irrogari potest. fol. 336. n. 582. Sic Banniti testamentum facere non possunt. sunt incapaces successionum. omnia bona amittunt de praesenti. Incapaces sunt iudicio. n. 584.

Beneficium.

Tomo 1.

Beneficium non confertur invito, verum est per se loquendo, & quando est rationabiliter invitatus, alioquin saepe fallit. fol. 9. n. 117. ubi vide fallentias.

Beneficium quomodo triennio praescribitur, vide *Prescriptio triennalis.*

An & quando in Beneficijs commutandis aut resignandis committatur Simonia, vide *Simonia.*

Bestialitas.

De hac vide. *Sodomita.*

Bigamia.

Tomo 6.

Bigamia, seu Polygamia, sumpta prout habet rationem delicti, consistit in eo, quod vir aut uxor,

B.

vivente conjuge, alteri se matrimonio jungere conatur. fol. 88. n. 130. Est gravis adulterio. eod.

Bigamia puniuntur in Imperio poena gladii. fol. 88. n. 131. Jure Civili videtur puniendae sicut adulterium. n. 132.

Contrahens cum habente conjugem, sed non habens conjugem, puniuntur poena adulterij. fol. 89. n. 136.

Etiamsi Bigamus priorem non cognovisset carnaliter, adhuc puniendus esset ut bigamus. fol. 90. n. 138.

Blasphemia.

Tomo 6.

Blasphemia est crimen laesae Majestatis Divinae. Consistit in dicto contumelioso in Majestatem Divinam. fol. 90. n. 139. Non est de essentia illius, verba prolata esse falsa, dummodo sint contumeliosa, ob irreverentiam, qua profertur. n. 140.

In Sanctorum contumelia tunc committitur blasphemia, quando verba profertur cum respectu ad Deum. fol. 91. n. 141.

Audientes tenentur etiam Jure positivo arguere blasphemum, (si spes sit emendationis, & absit periculum proprium) imò & intra triduum denunciare, (nisi sit consuetudine abrogatum) sub poena blasphemorum. n. 144. & seq.

Jure Ecclesiastico varia poena in blasphemos constituta sunt, quas vide n. 146. & seq. nisi blasphemus in continenti revocet. fol. 92. n. 149.

Jure Civili etiam in poena variatum est. ut videri potest n. 150. & seq. Jus Bavaricum pro Nobilibus statuit poenam pecuniariam. fol. 93. n. 153. Heretici negantes Sanctis deberi cultum, quem sciunt per innumera miracula approbari, sunt blasphemii. n. 154.

Bonae fidei contractus.

Tomo 4.

Aliqui solo Consensu perficiuntur, aliqui Reiprius generis sunt: Emptio, Venditio, Locatio, Conductio, Societas, Mandatum. Ex his celeberrimus est Emptio, Venditio. fol. 1. Ex eo quod solo consensu perficiantur, male intulit Giphanius, esse nudum Pactum prout hoc opponitur Contractibus: dicuntur tamen esse nudum pactum, quantum nec verborum solemnitatem, nec scripturam, nec traditionem ad substantiam requirunt. fol. 2.

Bona vacantia, vel derelicta.

Tomo 1.

Bona vacantia a peregrino in hospitali sine haerede decedente relicta, applicanda sunt ab Episcopo ad pias causas. fol. 399. n. 3.

Ut bona censentur derelicta, non sufficit, in eum statum devenisse, ut nisi tu occupares, omnino perirent, aut non possent ad dominum sine majore sumptu reverti. Sed animus domini ex circumstantijs colligendus est, & impossibilitas moralis recuperandi talis esse debet, quae reddat domino suum dominium nullius estimationis. fol. 400. n. 5. & 6.

Re

C.

Res pro derelicto habita sit primò occupantis, si velit esse dominus, & domini capax sit. f. eod. n. 8.

Bonorum Collatio.

De Bonorum Collatione ab heredibus faciendae vide. *Collatio Bonorum.*

Bonorum Possessio.

Tomo 2.

Bonorum Possessio contra tabulas solis liberis datur, non item ascendentibus, multò minus lateralibus, aut alijs extraneis. Liberis, inquam, praeteritis in testamento, et praeteritione, quae non habetur pro exheredatione. Utilitas hodie praecipua esse videtur, ut occurratur scriptis heredibus, qui jure praetorio facile impetrant Bonorum Possessionem secundum tabulas: de carcere vix potest habere utilitatem, cum testamentum sit nullum. f. 147. n. 640.

Bonorum possessio secundum tabulas conceditur cuiusque haeredi scripto secundum tenorem testamenti, habetque plus securitatis quam hereditatis petitio. fol. eod. n. 641.

Ut Praetor det Possessionem Bonorum secundum tabulas, non considerat an ex aliquo capite testamentum sit impugnabile, dummodo tabulae sint supremae, septem sigillis signatae, factae ab eo qui Jus testandi habuit. Impugnato postea testamento Praetoris beneficium evanescit. Dum tamen pendet appellatio a sententia contra testamentum lata, non datur bonorum possessio ab intestato proximitatis jure. fol. eod. n. 642.

Quando testamentum est nuncupativum, Bonorum Possessio secundum nuncupationem datur, eod.

Volunt aliqui, quod Bonorum Possessione esset locus post elapsum tempus petendae hereditatis. fol. 148. n. 643. Alij alias utilitates quarunt, v.g. quod constitutus sub aliena potestate, posset petere Bonorum Possessionem ignorante illo, sub cuius potestate est, accedente ratihabitione: item, quod Bonorum Possessionem etiam inferior gradus agnoscere posset, item quod peti posset per Procuratorem, & sub conditione: quod de singularum rerum hereditariarum possessione habeat interdictum *Quorum Bonorum.* Alij verò negant hodie esse Bonorum Possessionis usum, eo quod per Constitutiones Civiles plenissime sit cautum. eod. & seq.

Bulla.

Tomo 1.

Bullam non esse receptam, intelligendum, quod intra decennium fuerit non usu consuetudine abrogata. fol. 6. n. 29.

C.

Cæcus.

Tomo 2.

Cæcus nec testamentum pure nuncupativum, nec pure scriptum condere potest, sed utriusque

solemnitates aliquo modo observare debet, ut valeat testamentum, ut proinde sit quasi mixtum, ob fraudum majus periculum. fol. 54. n. 246.

Jure Bavarico (secus jure communi) requiritur tanquam substantialis solemnitas, ut in testamento cæci praeter nomen haereditis, exprimat eam cuius dignitatis, status aut conditionis sit eod.

Non vitaretur testamentum perverfione ordinationis, sicut nec alia testamenta. fol. 55. n. 247.

Ad Cæcorum Codicillos non requiruntur septem Testes unà cum Notario, sed solum, ut Cæcus ultra quinque testium numerum confuetum, Notarium aut sextum testem adhibeat, ac praeter scripturam & subscriptionem testium, voluntatem suam expresse nuncupet. fol. eod. n. 248.

Ad testamentum Cæci inter liberos, vel ad causas pias, requirit Jus Bavaricum ultra communia testamentorum inter liberos Notarium, aut ejus loco alium testem. fol. eod. n. 249.

Calumnia.

Tomo 6.

Juridicè loquendo tunc committitur, quando quis alium malitiosè, & scienter in iudicio accusat de falsis rebus, vel conatur sustinere, quod scire debet esse iniquum, & ideo exigitur ab Actore Juramentum Calumniae. fol. 95. n. 155. de quo vide *Juramentum Calumniae.*

Pœna Calumniae, est arbitraria pro diversitate circumstantiarum. eod.

Cambium.

Tomo 4.

Contractus Cambij est species Permutationis, adeoque contractus inominatus, & est Pecunia cum pecunia permutatio: ita quidem, ut statim transferatur primo loco solutæ dominium, in quo differt ab Emptione. fol. 124. n. 369. ubi vide ejus differentias a mutuo, & explicationem variorum terminorum hac spectantium.

Litterarum Cambij periculum est Campforis, & hoc sensu greditur personam mutuantis. fol. 125. n. 372.

Quando Contractus deest titulus realis, & tantum est apparens, vocatur Cambium Siccum, quia est Illurarium, & opponitur Reali. fol. 125. n. 373.

Cambium Reale dividitur in Cambium *Manuale* seu *Minutum*, quando commutatur pecunia praesens minus bona cum meliore: & in Cambium *Locale* seu per *Litteras*, quando commutatur praesens pecunia cum absente. fol. eod. n. 374.

Quando Campfor solvit pecuniam praesentem, ut reddatur alibi suo correspondenti, solet fieri instrumentum publicum. Quando verò Campfor solvit prior Campfori, accipit à Campfore litteras ad correspondentem, ut solvat, & in rationes referat. fol. 125. n. 375. & seq. ubi varie utilitates Cambij recensentur.

Cambium manuale justificatur ex pluribus titulis, ut Campfor accipere possit plus quam dat.

C 3

1. Lucrum